

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias Quas Virgini ... Catharinae Lubiniae, Mater parat moestissima vidua,
Cives quoq[ue] suos ... vocat**

Rostochi[j]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770851584>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.
in
C. Lubin.
Rostock. 1638.

66

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.
AD EXEQUIAS
QUAS
VIRGINI Lectissima pudicissimaq;
CATHARINÆ
LUBINIÆ,
Mater parat moestissima vidua
*Cives quoq; suos in adem D. Jacobi, ad horam
mediam primam diligenter & serio vocat.*



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.
Anno M. DC. XXXIX.

RECTOR

Magister Joh. Rostochensis

FRANCISVS KHANVS

J. D. & P. 1687

AD EXAMINANDVM

ORATIONIS

IN REGIA UNIVERSITATE ROSTOCHENSIS

CATHARINE

LUBINVS

Magister Johann Christianus Lubinus

Consiliarius in Academia Rostochensi

Magister Johann Christianus Lubinus



ROSTOCHI

Typis et Curis Academiæ Typogr.

Anno M. DC. LXXXVII.



Odiernus iste & crastinus dies, Academia Ci-
ves, ne luctum Republica continuent, ex vir-
ginibus funesti sunt. Quod genus civium
quanti aestimandum sit, à Græcorum simul ac
Romanorum disciplina, qua nihil accuratius
fuit, accipere licebit. Et Laedæmonij quidem
sicuti viros diligenter, ita non minus curari mulieres volebant,
absq; quibus non ultra hominis aetatem duratura sit quæcunq;
Republica magnitudo. Cumq; primam omnium matrum
conditionem natura virginitate signaverit, ita fovendâ publi-
ce eam sanxerunt, quemadmodum publicè hoc est, ad viros
civitati dandos, profuturam crederent. Quorum cum demum
firmam rati copiam, si ab omni libidine durarentur ad labo-
rem, insituerè moribus suis, ut, quales ex communi disciplina
Patres, eadem quoq; in virginibus genitrices adolescerent. Cor-
pora ergo illarum non minus quam nostri sexus exerceri cursu,
lucta, discorum telorumq; jactu; prohibetq; ab omni mollicie, è
domo eas in publicum educi, atq; ad robur & virtutem in con-
spectu totius civitatis animari voluerunt. Et quanquam nu-
da absq; lodicula vel campestri essent, libido tamen aberat;
simplicitas autem, quæ prima ætatis innocentia est, & studium
boni habitus, quæq; in naturam transit, consuetudo, pudorem in
aliis male rectum firmiore custodia tuebantur. Animus enim
virtuti datus, non oculus, spectator erat; quæq; eo in habitu or-
nare mares præmissq; veluti acroamatû quorundâ atq; eximia-
rum laudum, acuerè indolem, atq; incitare ad decora & hone-
statem debebant, earum species non poterat nisi castè atq; ad
Deorum reverentiam præberi, in quas nemo sanus accenditur.

Quibus rebus fiebat, ut gloriari cū Gorgone Leonida sexus illius
urbis adversus alias posset, cum veluti probro objiceretur, quod
sola Lacanarum non nuberent viris suis, sed dominarentur, re-
cte scilicet fieri, quia inter fœminas sola eniterentur viros. Ex
qua causa & Diogenes Cynicus lusisse videtur, cum sciscitanti,
unde & quo abiturus esset, respondebat, Ex Andronicide in
Gynacomitii; Spartam virorum, mulierum, Athenas urbem
esse significans. Et cetera quidem Græcorum aliter institue-
bantur. Nulla enim honesta iis pudicag, virgo erat, qua in
con virorum adhiberetur, nisi propinquorum, quag, sederet, nisi
in interiore parte adium, ad quam nemo accessit, nisi propin-
qua cognatione conjunctus. Quo loco tractare lanam vestemq,
conficere, aut literis imbui & inter nurus arguari discebant.
Non prorsus absimili Romanorum instituto, cum & Horatiorum
soror paludamentum Curiatio suo ipsa faceret, dedisamq, lana
inter ancillas Lucretiam sera nocte Tarquinius effenderet.
Nisi quod ex veteri more, in primo adium loco inq, celebritate
telas suas circa matrem familias ad lectum adversum pertexe-
rent. Taceo sollicitudinem, quam super nuptiarum sacris anti-
quitas & optimi quig, parentes in educandis adolescentulis fe-
lici successu, exemplis in posteros claris ac perpetuis, demonstra-
runt. Neq, autem tam diversos gentium mores, cavillari fas
est, cum non eadem omnibus sint honesta atq, turpia, omnia ta-
men ad eandem honestatem prospiciant, atq, iis cujuscunq, po-
puli & majorum institutis, quantum quidq, honestum ac turpe
sit, judicari debeat. Spartiata pudicitiam nuditate ac loco
publico, Ceteri Græcorum ex adverso penitus, singuli tamen sua
ducti consilio, pudicitiam defendebant. Ad fortitudinem illi,
hi ad comitatem, ad opificia & rem familiarem suas instrue-
re, singuli & virtutem colere & viam invenire. Magna
semper atq, ingenti cum spe firmioris Reipublica. Siquidem
hosti non viros Lacedemonij, sed mulieres una objiciebant, cum,
qui

que parerent, non tam liberos, quam milites darent; quos ipse
gignendo statim fovendos, ad arma inclinassent, Ceteri ma-
ximam quidem sapientia vim sed perinde à matribus arcesse-
re, & tam bonos catosq; sperare posteros, quanta fuisset in ge-
netricibus solertia. Pudicitia omnes Rempublicam suam atq;
opes veluti sacro cuidam pignori, & secreto imputabant. Ista
enim Vesta alium sanctimonia, quid aliud nisi perpetuum quen-
dam imperij florem mereri credebatur, cuius imminuti tantus
populum Romanum metus invasit, ut convictam stupri tam
fædo spectaculo, tam obscæno tristiq; vultu totius urbis defodâ
vivant, aliisq; hoc scelus insuper expiari ceremoniis & tanquã
iratum Deorum prodigium per Decem viros & ex Sibyllarum
libris procurari voluerint. Tamen intenti in istud illibandũ decq;
ne vel propter suspicionem ex amæniorè cultu, & ingenio, quod
virgine liberius joci quidam prodiderant, in jus vocata Vesta-
les causam periculosissime dixerint. Adeo coli præsidium re-
rum suarum pudicitiam, populus R. non tam scite quam san-
ctè voluit; & quod mihi videtur non minus propter ipsam.
Grata Deo pura quidem mens puraq; manus, tam igne, quod pu-
rissimum elementorum est, quam virginitate demonstrantur.
Nullumq; est aque vestigium Reipublica ac fundamentum,
præter pietatem. Quæ nec simulandi artes admittit, neq; no-
xas. At vero quoties Regum fata & Regnorum res olimus;
quibus illa per libidinem ac probra sua perierunt, possum ego
forsan non temere cum isto Vesta sacro publicam illam, quæ us
singulis floret, corporis castitatem adsciscere, & tum demum a-
ternas prædicare beatasq; civitates, si cum animorum
puritate pudicitia simul inter subditos anxia sollicitudo, & Ma-
gistratum severa animadversio, æcius istud virginale inta-
ctum signatumq; servaverint. Nihil enim perniciosius est ad
dissolvendas Reipublicæ vires atq; ad aperiendam sceleribus
fenestram cunctis, quam si corporum fœditatibus corrupti pri-
mum

muntes, ab hoc initio pudorem exuere, & parari ad deterio-
ra omnia incipiant. De quibus ut per exemplum magis, quam
sententiis agamus, ipsa nos invitare res Romana potest. Qua
cum pudicitia stetit simul & lapsa est. Sabinas quidem, quod
exitus probavit, in penam raptas parentum credimus. Neg. so-
lent regnorum usquequaq; sancta esse primordia, quia vi sapiens
& injuria occupata, magnis virtutibus emendari postea atq;
expiari solent. Ostendit a. disciplina sua populus R. quàm in-
ter rapuerit. Cum reges finirebat, ut intemeratus pudor esset;
cum filiarum malebant interemptores iudicarum, quam corrup-
tarum patres esse, turpesq; pnuptias antevertebant acerba
admodum exequie; cum in quocunq; statu positam suo sanguini
pudicitiam totam esse volebant; cum animos sepe ac volunta-
tes impudicarum in questionem deducebant, plusq; voluisse pec-
care nocebat, quam non peccasse proderat. At vero cum victa-
rum gentium repetita voluptatibus Roma, suis disceret suc-
cumbere victoriis, motusq; jonicos matura virgo doceri, fingi
artibus, incestosq; amores inciperet de tenero ungue meditari;
inquinata mox connubia & genus & domos corrumpere, eaq; fon-
te derivata clades, quod Poeta canit, in patriam populumq;
fluxit. Postquam n. principes in Republica, primusq; Impera-
torum Julius & sua prodigus pudicitia & aliena animosus em-
tor existere, nec bone Dea sacra impolluta esse, ratione autem
Augustus adulteria sua tegere, & certare cum Tiberio probris,
Martham vero coronare filia; sorores suas omnes Caligula
nobilissimasq; matronas per convivia, quotiescunq; incendere-
tur, & stuprare ipse & detegere alius, ex prostituturis autem
vestigalia captare; Nero omnia membra sua corrumpere & in-
fanda prorsus, belluinaq; comminisci piacula inciperent; totus
ille princeps terrarum populus foedissime cōtaminatus non potuit
per dedecora, quibus effeminatus fractusq; erat, tueri dignita-
tem suam adversus pudicos hostes, sensimq; pejor se Rama facta

in omne simul nefas ac supplicium ruit. *Quare nunc fortissimè*
virorum statuas, quare triumphaleis arcus, quare templa Deo
quibus pudicæ virginitatis Imperij nomē tanti ac robur statuerat. Ita
te felicitatis res est, Cives, pudicitia, ut non immerito Germani
quoq; nostras clades referre aliunde non possimus. Qui ex Ita-
lia ceterisq; libidinosis regionibus mores infecimus nostros, &
tam pulchra hic fieri audimus, quam ipsis lenonibus magistris
alibi, quorum causa peregrinamur, vix liceret. Tam inge-
niosi ad piacula & calamitates nostras, ut quisquis praestiterit,
ea parte se virum ostendat, qua cetera animantes bellua sunt.
Neg; enim nostris deest temporibus, quod olim querebantur, cū
nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri posset,
argumentumq; deformitatis non aequè certius pudicitia esset.
Et putatis, Academia Cives, procul abfore easdem penas ac
supplicia, quibus attrita fuerunt ista tempora? Praesertim
cum pudicissimas nobis virgines subducere caeleste numen atq;
invidere malis impendentibus occupit. Dum earum corpo-
rum funera, qua intemerata prorsus illibataq; erant, cogere
& densare amat, ne cum ceteris deprehendantur condemna-
tis. Et quidem CATHARINAM LUBINIAM, pia
mater, cognatig; omnes quare stetit? Futurum est (atq; o utinā
bone DEUS deprecari adhuc fata nostra liceat!) futu-
rum vix aliter est, quam ut solari aliquando habeatis ani-
mos ex hoc ipso luctu, nec felicius doloris remedium eve-
niat, quam cum hujus felicissimi doloris recordatio. O sus-
pendite lacrimas vestras & desinite querelarum! Hoc
est, quod queri decet, cum servatos supplicii nos intellexerimus.
Virgo ista, cujus religionem nulla hujus urbis puella transiit pietatis sua
fructum consecuta, supra fortunam nunc est, omniq; infelici connubio &
rerum nostrarum fati emancipata, plenis oculis latroq; vulu malorum
fnem omnium, omnium illud beatissimum usurpat, faciem Dei. A qua, ut
ipsa heic pulcherrima erat, sic porro irradiabitur, quemadmodum, qui
doti sunt, quod illi in sacris literis appime & pra ceteris contigit, ad stel-
larum

larum solisq; morē lucebunt. Lōge melius elocata, quam Africani Scip. filla,
 quippe quae ex publico & locupletius dosem, soserumq; accepit non S. P.
 Q. R. sed Dei ac Salvatorū Sponsi, suum pariter Deum ac Patrem Artifi-
 sima conjunctione, qua extrudi manu & connubio nunquam, nunquam
 ab hereditate repellit, ne quidem per inferorum portās, deinceps potest. O
 beatos qui sic possident, quod nunquam amittant! Si ista Patrem suum
 EILHARDUM S. S. Th. D. & Prof. celebrem virum & juvenutū ba-
 no natum, si Avum GUILIELMUM LAURENBERGIUM Philo-
 sophum, Medicum, Mathematicum incomparabilem, tantaq; tam licra-
 ta & inlyta domus Patrem, Professorem quondam apud nos Clarissimum,
 ejusq; conjugem, Aviam suā JOHANNAM CHRISTIANAM LONGOLI-
 AM, ex antiqua & nobili LONGOLIORUM der von LangenRate prosapia
 oriundam, si deniq; ex agnatis cognatisq; clarissima quaeq; capit arepetat,
 aut Matrem CATHARINAM LAUREMBERGIAM, & Avun-
 culos JOHANNEM ac PETRUM, eruditionis prope ipsius nomina,
 fratresq; suos recogitet; quis est eorum omnium, quem non amiserit, & a-
 mittere aliquando non necesse sit? Et velimus ipsi locum in cognatione sua
 invidere, quae non nisi caelis, per tot literarum merita jam dudum, beatorum
 autem sedibus sponte sua debetur? Eamus g. Cives Academia, brevem cum
 hac virgine viam, quam in flore etatis annorum ferme XXIII. intra qua-
 tuordecim dies, quibus ex maligna febris decubuit, nuper IV. Non. Junij,
 una ex quinque catiū virginibus ad domum Sponsi sui JESU CHRISTI,
 tanta pietate confecit, ut meris cum precibus & tandem longe celerius,
 quam Elie cisis abhinc evolarit. Quod si unquam floribus ac coronis opus
 est, earum opus est in funere, quas honorare quavis etas, atq; ornamento se-
 bj advocare solet; ejus in funere opus est, quae istarum omnium decus
 atq; in exemplum nata erat. P. P. V. Junij

CIO IO CXXXIII.

in omne simul nefas ac supplicium tuit.
vitorum statuas, quare triumphales an-
quibus pudicæ virgines Imperij nomē tante
te felicitatis res est, Cirves, pudicitia, ut
quog, nostras clades referre aliunde no-
lia ceterisq, libidinosis regionibus more
tam pulchra hic fieri audimus, quam ip-
alibi, quorum causa peregrinamur, vi-
niosi ad piacula & calamitates nostras,
ea parte se virum ostendat, qua cetera
Neq, enim nostris deest temporibus, quod
nemo ad suspicanda adulteria nimum
argumentumq, deformitatis non aequa
Et putavis, Academia Cirves, procul a
supplicia, quibus attrita fuerunt ista
cum pudicissimas nobis virgines subduc-
invidere malis impendentibus occæpit.
rum funera, qua intemerata prorsus illa
& densare amat, ne cum ceteris depre-
his. Et quidem CATHEARINAM
mater, cognatig, omnes quare stetit? Fu-
bone D E U S deprecari adhuc fata-
rum vic aliter est, quam ut solari ali-
mos ex hoc ipso lucrū, nec felicius di-
niat, quam cum hujus felicissimi dolori
spendite lacrimas vestras & desinit
est, quod queri decet, cum servatos supplic-
virgo ista, cujus religionem nulla hujus urbis
fructum consecuta, supra fortunam nunc est, o-
rerum nostrarum fati emancipata, plenis ocu-
fines omnium, omnium illud beatissimum usurp-
ipsa heic pulcherrima erat, sic porro irradiab-
diti sunt, quod illi in sacris literis opprime & pr-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. 092
Patch Reference numbers on UTT

fortium
mpla De
uerat. T
o Germani
Qui ex Ita-
nostros, &
magistris
Tam inge-
rafteris,
llua sunt,
antur, cu
eri posset,
itia esset.
penas ad
ascrim
men atq,
m corpo-
cogere
ndemna-
M, pia
ô utinā
) futu-
aris ani-
um eve-
Osu-
n! Hoc
cerimus.
ietatis sua
n nubio &
malorum
A qua, ut
ndum, qui
it, ad stel-
lorum